Noverint universi. Quod Ego Johannes dez Cabiscol. per me et omnes meos. constituo et ordino vos Petrum dez Cabiscol filium meum licet absentem tanquam presentem certum et specialem procuratorem meum. tanquam in rem vestram propriam. ad petendum et recuperandum. loco et nomine meo. ab Vrracha et Dulcia et Alma et Maria nepotibus meis. filiis quondam Raimundi de Benauarre sororis mee. totam partem meam et ius accionem peticionem et demandam realem et personalem directam vel utilem. ordinariam vel extra ordinariam cuiuscumque generis vel speciei sint. que quod et qua habeo vel habere debeo aut possum. ratione fratrisce aut patris seu legitime. in omnibus honoribus et possessionibus. que fuerunt Martini de Benauarre. patris mei et Marie de Benauarre uxoris eius matris mee. quondam defunctorum. sitis in villa Noua de Seixena et eius terminis. constituo inquam ad agendum petendum recuperandum excipiendum deffendendum replicandum contradicendum. et reconvenciendum in iudicio et extra iudicium. et ad omnes vices vestras vestrique voluntates iure pro potestis faciendas. ratum habens et firmum quicquid per vos super premissis actum fuerit vel etiam peractum. ac si a me personaliter esset gestum. Quod est datum. V. idus Augusti. Anno domini Mº. CCº. LXXº. secundo. Signum Johannis dez Cabiscol. predicti. qui hoc concedo et firmo firmansque roge. Signum Jacobi de Galac. Signum Raimundi de Monmur pellipariorum Ilerdensium testium.

Ego Petrus de Fullach notarius publicus Ilerde. hoc instrumentum scribi feci. et signum meum hic apposui.

188.

12/23

1272-8-12

Nº 16 leg 2 nº 3 - II

1272